Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35185
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



condicione audita veniebat multi iuvenes perfectioris
que etatis viri numerum et pondus marcarum virgini
offerentes. Sed vacui tam ab eius amplexibus quam
a pecunia recedebant. Incantaverat enim illa magica
sua arte nocturne strigis pennam quam cum capiti secum
iacentis supposuisset statim ille obdormiens usque
ad diei sequentis auroram vel quousque de capite il-
lam pennam statim iacentis eiceret immobilis per-
manebat. Sicque illa multos spolians pecuniis in-
finitum sibi congregavit thesaurum et aliorum damnis
lucrum suum augmentavit.

47. Inter eos autem qui adhoc Puteal pecunias su-
as offerebant iuvenis quidam nobilis satis
sed minus facultatibus pollens. C. marcas
super possessione sua mutuatas virgini sub illa
condicione obtulit quibus illa susceptis die illa
cum iuvene multum cibi et vini sibi indulget. Seroque
in lectum molliter stratum nidi ambo pariter collocantur.
Penna illa strigis prius iuvenem supposita cervicali.
Nec dum ille membra lecto et cervicali caput aptaverat
cum ipse ad horam diei obdormiens primum virginis
secum dormientis oblitus est. Tunc enim illa surgens
pecuniam abstulit illamque evigilatum confusum ad
propria mittit verum iuvenis se esse delusum dolens
a quodam servo divite cui ipse quondam iratus pedem
abstiderat. C. marcas argenti sibi mutuari rogat vo-
lens eas iterum perdere aut virginitatis nomine virginem
spoliare. Cum servus quondam accepte iniurie non immemor